



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 91. Res Suecorum in Superiore Germania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Megapoli, Fridlandiæ, Sagani ac Glo- Sæc. XVII.  
goviae Ducem, & denique in alterum A. C. 1634.  
ferme Cæfarem evexerat, ambitio ve-  
ro ac perfidia ad tragicam mortem,  
& pene nihil detrusit. Hujus Viri obi-  
tus pro vario studio partium, natio-  
numque varie accepta est, & præci-  
pue Protestantes, ut Cæsari invidiam  
confarent, Wallensteinium prorsus in-  
noxium, inauditum atque indefensum  
nonnisi ex æmolorum, Jesuitarum, a-  
liorumque Sacerdotum odio, fallisque  
criminationibus morte tanto Viro in-  
digna sublatum fuisse comminiscuntur;  
adeo nullus est magni momenti casus,  
qui non in utramque partem Patronos  
nanciscatur.

### §. XCI.

#### *Res Suecorum in Superiore Ger- mania.*

Ex Wallensteinii obitu graves in exer- *Priorat.*  
citu Cæfareo motus esse orituros, *Hist. Ferd.*  
sperabant Sueci, Gallassi tamen & Pic- *III. part. I.*  
colominæi solertia effectum, *lib. 9.*  
in officio continerentur, nullaque ex  
parte novæ turbæ fuscitarentur. In-  
terim vero Bernardus Vinariensis Dux,  
Cronacensi urbe incassum tentata Do-  
nastauffium ditione accepit, arcem-  
que subfoso nitrato pulvere in rudera  
rede-

Sæc. XVII. redegit, pluribusque in Palatinatu  
A. C. 1634. periore urbibus nullo ferme negotio  
cupatis Bavaroſ, qui Wilzburgo anna-  
nam intulerant, inde reverſos proli-  
gavit, atque Aichſtadium miseranda  
prorsus deflagratione delevit, postmo-  
dum comperta Fridlandica conspira-  
tione in Bohemiam movit, intercepta  
Rifena Wallenſteinio opem latus, qui  
tamen Cæſareis e Bohemia moventi-  
bus, non sine clade reverti compulſus  
eſt. Alteram vero Danubii Regionem  
omnemque ferme Sueviam Gustavus  
Hornius infestis excursionibus exau-  
ferat, subactisque Ravenspурgo, Bib-  
raco, Mindelheimio, Campoduno, &  
Memminga Cæſareos ad Wangenau  
magna clade affecit, fruſtra tamen  
Überlingam obſedit. Magis tamen pro-  
ſpera ſors poſtea arridebat Bavariſ; quippe  
Aldringerius supremus Boici exerci-  
tus Præfectus Straubinga ad ditionem  
compulſa, Sultzbacum, Chamum, Neu-  
burgum, pluresque alias Palatinatus  
Superioris urbes ejectis Sueciſ, Bay-  
ro restituit: Sub idem quoque tempore  
Ferdinandus III. Hungariæ Rex cum  
valido exercitu in eundem Palatinatum  
movit, ut ſeſe Bavariſ conjungeret.  
Ratisbonam expugnaturuſ: comperto  
hoc consilio Vinarienſis Dux magnis iti-  
peribus in Bavariam reverſus, celo-

primo Croatarum agmine Cæfareorum Sæc. XVII.  
castra oppugnare cœpit, irrito tamen A.C. 1634.  
successu, quo circa motis inde castris in  
urbem se recepit, ac paulopost relicto  
quatuor millium præsidio cum ceteris  
copiis Ratisbona in Franconiam feces-  
fit: Saxones vero & Sueci, ut Ferdi-  
nandum Regem a Ratisbonensi obsidio-  
ne averterent, in Bohemiam irrupere,  
Pragamque obsidere moliti sunt. Ex-  
inde Cæsarei, Bavariique majore quam  
antea, vi Ratisbonam quatere cœpe-  
rant, eamque post acrem duorum men-  
sium oppugnationem die decima septi-  
ma Julii ad ditionem compulerunt,  
urbique paſta demum Religionis li-  
bertate, ac Suecis præſidiariis hono-  
rifice dimiſſis Ferdinandus caſtris ad-  
verso Danubio motis Forchemium ob-  
ſidione liberavit, & Wendlinga, Do-  
nawertha, Lauinga, aliisque pluribus  
circum locis non sine magna Sueco-  
rum clade recuperatis in Vindelicos  
movit. Eadem vero die, qua Ratis-  
bona erat capta, Cæsarei Suecos, Sa-  
xonesque Praga, totaque Bohemia ex-  
turbanter, capto etiam Alberto Saxo-  
niæ Principe.

§. XCII.